

Nephythomon Lactantiij Firmiani incipit.

Am si iusticia est ueri dei cultus: quid enim tam iustum ad equitatem: tam piuum ad honorē: tam necessarium ad salutem: q̄ deum cognoscere ut parentem: uenerari ut dominum: eiusq; legi aut p̄ceptis obtemperare? Nescierunt ergo iusticiā philoſophi: quia nec ipsum deum agnouerunt: & ideo refelli potuerunt a Carneade: cui⁹ hęc fuit disputatio nulum esse ius naturale. Itaq; omnes animantes: ipsa ducente natura commoda sua defendere: et ideo iusticia si alienis utilitatibus cōsulet: suas negliget stulticiam esse dicendam. Q, si omnes populi penes quos sit imperium: ipsi que Romani: qui orbem totum possedere: iusticiam sequi uelint ac suum cuiq; restituere: quod ui & armis occupauerunt ad casas & egestatem reuertentur. Qd̄ si fecerint: iustos dicemus equidem: sed tamē stultos iudicare necesse est: qui ut aliis prosint: sibi nocere contendant. Deinde si reperiat aliquis hominem: qui aut aurum pro auricalco: aut argētū pro plumbo uendat per errorem: atq; id emere necessitas cogit: utrum dissimulabit & emet paruo: an potius iudicabitur: iustus utiq; diceſ: quia nō sefellit: sed idē stultus: qui alteri fecerit lucru: sibi dānum: sed facile de damno est. Quid si uita eius in periculum ueniet: ut eū aliquando necesse sit aut occidere: aut mori: qd̄ faciet? Potest hoc euenire: ut naufragio factō inueniat aliquem imbecillum tabulę inherentem: aut uictō exercitu fugiēs reperiet aliquem uulneratum equo insidentem: utrum ne aut illum tabula: aut hunc equo deturbabit: ut ipse possit euadere? Si uolet iustus esse nō faciet: sed idē stult⁹ iudicabit: q̄ dū alteri⁹ uitę parcat: suas perdet. Si faciet qd̄: sapiens uidebit: quia sibi cōsulet: sed & idē malus: q̄ nocebit. Acuta ista sane: sed respondere ad ea facile possumus. Imitatio enī nominū facit: ut sic eē uideat. Nā & iusticia imaginē habet stulticię: non tñ est stulticia. Et malicia imaginē sapientię: non tamen sapientia est. Sed sicut malicia ista in conseruādis utilitatibus suis intelligens redargui uidetur: quia non sapientia: sed calliditas & astutia est: ita & iusticia non debet stulticia: sed innocentia nominari: quia necesse est iustum esse sapientem: & eum qui sit stultus: iniustum. Nam neq; ratio: neq; natura ipsa

permittit: ut is qui iustus est: sapiens nō sit: quoniam iustus nihil
utiq; facit: nisi quod rectum & bonum est: prauum & malū sem-
per fugit. Quis autem discernere bonū & malum: prauum & re-
ctum poterit: nisi qui sapiens fuerit? Stultus autem malefacit: quia
bonum & malum quid sit ignorat: ideo peccat: quia non potest
praua & recta discernere. Igitur neque stulto iusticiam: neque in-
iusto sapientiam conuenire. Ergo stultus non est: qui nec tabula
naufragum: nec equo saucium deiçerit: quia se abstinuit a nocen-
do: quod est peccatum: peccatum autem uitare sapientis est. Sed
ut stultus prima facie uideatur: illa res efficit qui extingui animam
cum corpore existimant: iccirco omne commodum ad hanc uitā
referunt. Si enim post mortem nihil est: utiq; stulte facit: qui alte-
rius animę parcat cū dispendio suę: aut qui alterius lucro magis
q̄ suo consuleret: si mors animam delet. Danda est opera: quo iu-
stius cōmodiusq; uiuamus. Si autem uita post mortem superest
ęterna & beata: hanc uti q; corporalem cum omnibus terrę bonis
iustus ac sapiens contemnet: quia sciet quale a deo sit pręmium
recepturus. Teneamus igitur innocentiam: teneamus iusticiam:
subeamus imaginem stulticię: ut ueram sapientiam tenere possi-
mus. Et si hominibus uidetur ineptum ac stultū torqueri: & mo-
ri uellet: q̄ liberā discet abire sine noxa. Nos tamen omni uirtute
omni q; patientia fidem deo exhibere nitamur. Nō mors terreat
nec dolor flagrat: quominus uigor animi: et constantia inconcus-
sa seruetur. Stultos notent: dummodo ipsi stultissimi sint: & cę-
ci: & hebetes: & pecudibus ęquales: qui non intelligunt esse mor-
tiferum: relicto deo uiuo prosternere se: atq; adorare terręna: qui
nesciunt ex illis ęternam poenam manere: qui figmenta insensibi-
lia fuerint uenerati: & eos qui nec tormenta: nec mortem pro cul-
tu: & honore ueri dei recusauerint: uitam perpetuam consecutu-
ros. Hęc est fidelissima: hęc est uera sapiētia: hęc perfecta iusticia.
Nihil ad nos attinet: quid iudicent stulti: quid homunculi senti-
ant. Nos iudiciū dei expectare debemus: ut quos postmodum:
qui de nobis iudicauerunt: iudicemus. Dixi de iusticia: quid eēt.
Sequitur ut ostendam quid sit uerum sacrificium dei: quis iustif-
simus ritus colendi: ne quis arbitretur: aut uictimas: aut odores:
aut dona p̄sentia desiderari a deo: a quo si fames: si sitis: si algor:
si omnium rerum terręnarum cupiditas abest: non ergo uti ē bis

omnibusque
poribus corpo
cum necessitate
non indiget. Et
placuit domi
et & oculis &
minis qui se
attendere. Qu
cuius est pro
extra homine
accidit quo
te libant. He
la. Nam qu
argentum q
non est. Sol
in hac deo
in quibus o
Vas
nec p
phi. Alter
nec quom e
inueniunt
cant: que
rectus q
diximus.
um ferre
tatum: q
a nobis u
officium
domin
cū spiri
modo ut
& uirg
amor cu
nem agn
fos ad u
Fracta

omnibus:que templis:aliisq; fictilibus inferuntur: sed sicut corporalibus corporale: sicutiq; incorporalibus incorporale sacrificium necessarium est. Illis que in usum tribuit homini deus: ipse non indiget. Est omnis terra ipsius sibi potestate: non indiget templo: cuius domicilium mundus est: non indiget simulachro: qui est & oculis & mente incomprehensibilis: non indiget terrenis luminibus: qui solem cum ceteris astris in usum hominibus potuit accendere. Quid igitur ab homine desiderat deus: nisi cultum mentis: qui est primus & sanctus? Nam illa que aut digitis fiunt: aut extra hominem sunt: hoc sacrificium uerum non est: nec quod ex arca: sed quod ex corde profertur: non quod manu: sed quod mente libatur. Hęc acceptabilis uictima est: quam de seipso animus imolat. Nam quid hostię? quid thura? quid uestes? quid aurum? quid argentum? quid preciosi lapides conferunt: si colentis pura mentis non est? Sola ergo iusticia est: quam deus expetit. In hac sacrificium in hac dei cultus est: de quo nunc mihi differendum est: docendumq; in quibus operibus iusticia necesse sit contineri.

Vas esse humane uite uias: nec philosophis ignotum fuit: nec poetis sed eas utiq; diuerso modo induxerunt philosophi. Alteram industrie alteram inertie esse uoluerunt: sed hoc minus recte: quum eas ad solius uite comoda rettulerunt melius poetę: quę alteram iustorum: alteram impiorum esse dixerunt. Sed in eo peccant: qui eas non in hac uita: sed apud inferos esse aiunt. Nos utiq; rectius: qui alteram uite: alteram mortis: et hic tamē has uias esse diximus. Sed illa exterior: qua iusti sunt gradientes: non in elysium ferre: sed in celum. Immortales enim fiunt. Sinisterior ad tartarum: eternis enim cruciatibus abducuntur iusti. Veneranda est a nobis iusticie uia: que ducit ad uitam. Primum autem iusticie officium est deum cognoscere ut parentem: eumque metuere ut dominum: diligere ut patrem. Is est enim: qui nos genuit: qui uitali spiritu animauit: qui alit: qui saluos facit. Habet in nos non modo ut pater: uerum etiam ut dominus licentiam uerberandi: & uite ac necis potestatem: unde illi ab homine duplex bonus. i. amor cum timore debetur. Secundum iusticie officium est hominem agnoscere: uelut fratrem. Si enim idem deus fecit: & uniuersos ad iusticiam: & ad uitam eternam pari conditione generauit. Fraternali utiq; necessitudine coheremus: quam qui non agnoscit

iniustus est. Sed origo huius mali: quod societas inter se hominum: quo necessitudinis uinculum dissoluitur: est quod ab ignorantia ueri dei nascatur. Qui enim fontem illum benignitatis ignorat: bonus esse nullo modo potest. Inde est quod ex eo tempore: quo multi dii consecrari ab hominibus colique coeperunt: fugata est (sicut potest aiunt) iusticia: sic direptum est omne foedus: direpta societas iuris humani: cum sibi quisque consulere: ius in iuribus computare: nocere inuicem: fraudibus aggredi: dolis circumscribere: comoda aliorum incommodis adaugere: non cognatis: non liberis nec parentibus parcere: ad necem hominum pocula temperare: obsidere cum ferro uias: mari confestare: libidini autem quo furore duxerit frenas lassare: nihil denique sancti habere: quod cupiditas infanda non uiolaret. Quum haec fierent: tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi: ut se iterum tutos ab iniuriis facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat: sed licentiam submouebat. Poterant enim leges delicta punire: conscientiam munire non poterant. Itaque quae ante palam fiebant: clam fieri coeperunt. Circumscribi etiam iura siquidem ipsi praesides legum praemijs muneribusque corrupti: uel in remuneratione malorum: uel praenicie iustorum sententias uendicabant. His accedebant dissensiones & bella: & mutuae depredationes: & oppressis legibus sequendi potestas licenter assumpta. In hoc statu cum essent humanae res: misertus est nostri deus. Reuelauit se nobis: & ostendit: ut in ipso religionem: fidem castitatem: misericordiam disceremus: legemque diuinam: quae humana cum caelestibus copulat: tradente ipso domino sumeremus: qua lege uniuersi: quibus irretiti sumus: errores cum uanis & impijs superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus: eadem illa lex praescribit: quae docet: quicquid homini praestiteris: deo praestare. Sed radix iusticiae: & omne fundamentum equitatis est illud. Unde ut ne facias ulli: quod pati nolis: sed alterius animum de tuo metieris: si acerbum est iniuriam ferre: et qui eam fecerit uidetur iniustus. Transfer in alterius personam quod in te sentis: & in tuam quod de altero iudicas: & intelligis tam te iniuste facere: si alteri noceas: quam si alterum: si tibi. Haec si mente uolumus: innocentiam tenebimus: in qua iusticia uelut in primo gradu consistit. Primus est enim non nocere proximo: sed officere: prodesse. Et sicut in rudibus agris prius quam serere incipias: euulsis

sentibus: & omnium stirpium radicibus amputatis arua purgā
da: sic de nostris animis prius uicia detrahenda: & tūc demu, uir
tutes inferendę: de quib⁹ seminatę per uerbū dei fruges īmortali
tatis oriātur. Tres affect⁹ uel (ut ita dicā) tres furcę sunt: q̄ in ani
mis hominū tantas perturbationes ciunt: & īterdū cogunt ita de
linquere: ut nec fame: nec periculi sui respectu: tuta habere permit
tant: circa q̄ uindictam cupit: a natura: q̄ desiderat opes: libido: q̄
appetit uoluptates. His uiciis resistēdum est: hęc stirpes eruendę:
ut uirtutes feri possint. Hos affect⁹ stoici amputādos: peripate
tici tēperādos putāt. Neutri eorū recte: q̄ neq̄ detrahi possunt. Si
quidē natura īfiri: habēt certam magnāq̄ rationem: neq̄ bonū
quoniam si mala sunt: carendum est: etiā tēperād' mediocribus:
si bona integris adutendū est. Nos uero neq̄ detrahendos: neq̄
minuendos eē dicimus. Nō enī per se mala sunt: q̄ deus homini
rationabiliter cōseruat: sed quum sint utiq̄ natura bona: quoniā
ad tuendam uitam sunt attributa: male utendo fiant mala: sicut si
fortissime pro patria dimices: bonum est: si cōi patriā malū. Sic
et affect⁹ si ad uisus bonos habeas: uirtutes erūt: si ad malos: uicia
dicentur. Ira igitē ad cohercionem peccatoꝝ .i. ad regendā subie
ctoꝝ dīlciplinā data est a deo: ut metus licentiam comprimat: &
cōpescat audaciam. Et qui terminos eius ignorat: irascit̄ paribus
aut fortioribus. Inde ad īmania facinora profilit̄: inde ad cędes:
inde ad bella cōsurgitur. Cupiditas ad desideranda: & conquire
da uite necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines eius: īnīatiabi
liter opes congerere nituntur. Hinc uenena: hinc circūscriptōnes:
hinc falsa testimonia: hinc omniū fraudum genera erūpēt. Libi
dinis autē affectus ad procreandos filios īfritus & natus est: sed
q̄ limites ei⁹ animo non tenent: utuntur eo ad solam uoluptatem
Inde illicite iam opes: inde adulteria & stupra: inde omnes cor
ruptelę oriunt̄. Redigendi ergo sunt isti affect⁹ intra fines suos:
& in uiam rectā redigendi: in qua & si sunt uehemētes: culpam
tamen habere non possunt.

Obibenda est ira: quum patimur iniuriam: & ut malum cō
primaē: qd ex certamine īpēdet: et duas maximas uirtutes:
īnocentiam: patientiam teneamus. A natura frangitur: quū habe
mus quod satis est. Quis enim furor est in his congerendis libo
rare: quę aut latrocinio: aut furore: aut proscriptione: aut morte

ad alios accersit puenire. Libido externa legitimū torꝝ nō euaget: sed creandis liberis feruiat. Appetentia enim nimia uoluptatis & periculum parit: et insaniam generat. Et (quod est maxime cauendum) mortē accurrit eternam. Nihil est enim tam inuisum deo: q̄ mens incesta & animus impurus. Nec hac sola uoluptate abstinentum sibi putet: quę capitur ex foeminei corporis copulatione sed & ceteris uoluptatibus sensuum reliquorum: quia et ipsę sūt uiciosę: & eiusdem uirtutis est eas contemnere. Oculorum uoluptas percipit ex rerum pulchritudine. Aurium de uocibus canoris: & suasionibus. Narium de odore iocundo. Saporis de cibis dulcioribus: quibus his omnibus uirtus repugnare fortiter debet ne his illecebris irretitus animus a cęlestib⁹ ad terrēna: ab eternis ad temporalia: a uita immortalis ad perpetuam poenam deprimatur. In saporis & odoris uoluptate hoc periculum est: quod trahere ad luxuriam poterit. Qui enim fuerit his deditus: aut nō habebit ullam rem familiarem: aut si habuerit: assumet: & aget post modum uitam detestabilem. Qui autem rapitur auditu: ut taceā de cantibus: qui sensus ita sepe deliniunt: ut etiam status mentis furore perturbentur: compositis ceteris orationib⁹: numerosisq; carminibus: aut argutis disputationibus ad impios cultus facile traduntur. Inde est q̄ scriptis cęlestibus: quia uidentur incompta non facile creduntur: quia aut ipsi sunt disertis: aut diserta legere uolunt: non quęrunt uera: sed dubia: immo illis hęc uidentur uerissima esse: quę auribus blandiuntur: ita respuunt ueritatem: dū sermonis uarietate capiuntur. Voluptas uero: quę spectat ad uisum multiformis est. Nam quę percipitur ex rerum preciosarū pulchritudine auariciam concitat: quę aliena esse debet a sapiente atq; iusto. Quę autem capitur de specie mulierum: in alteram capit uoluptatem: de qua iam superius locuti sumus.

Vp̄erest de spectaculis dicere: quę quoniam potentia sunt ad corrumpendos animos: uitanda sapientibus: & contenda sunt taliter: q̄ ad celebrandos deorum honores iuenta memorantur. Nam munerū additiones Saturno factę sunt. Scoena Liberi patris est. Ludi uero circenses Neptuno dicati putantur: ut iam qui spectat: uel interest relicto dei cultu: ad p̄fanos ritus trāsisse uideatur. Sed ego de re malo dicere: q̄ de origine. Quid tam horribile: tam tetrum: q̄ hominis trucidatio! Ideo s̄auerissimis

legibus uita nostra mulctatur. Ideo bella execrabilia sunt iuenta :
tamen consuetudo quatenus homicidium sine bello: ac sine legi-
bus faciant: & hoc ut scelus indicat. Quod si interesse homicidio ice-
leris conscientia est: et eodem facinore ipektor obstrictus est: cui
& admissor: ergo & ius gladiatoꝝ sceleribꝰ non minus cruore p-
funditur: qui ipektor q̄ ille qui facit: nec potest esse immunis a sā-
guine: qui uoluit effundi: aut uideri non interfecisse: q̄ interiecto-
ri & fauet: & p̄mium postulauit. Quid scoena: num sanctior:
in qua comoedia de stupris & amoribus. Tragoedia de incestis
& parricidiis fabulatur. Istrionici etia; impudici gestus: quibus
inlames foeminas imitantur libidines: quas saltando exprimunt
docent: non minus corruptelarum disciplinarum est: in quo fiūt
per imaginem: quę nō sunt: ut fiant sine pudore q̄ uera sunt. Spe-
ctant hęc adolecētes: quorum lubrica etas: quę frenari ac regi de-
bet: ad uicia & peccata his imaginibus eruditur. Circus non inno-
centior estimatur: sed maior hic furor est: siquidem mentes spe-
ctantium tanta feruntur infania: ut non modo in conuicia: sed eti-
am in rixas: nec non & in p̄lia: & contentiones sepe confurgāt.
Fugiēda igitur omnia ipectacula: ut tranquillum mentis statum
tenere possimus. Renunciandum noxiis uoluptatibus: ne delini-
ti suauitate pestifera in mortis laqueos incidamus. Placet sola uir-
tus: cuius merces imortalis est: quum uicerit uoluptatem. Suppo-
sitis autem affectibus: & perdomitis uoluptatibus: facilis in cōp-
mendis ceteris labor est ei: qui sit dei ueritatisq; sectaturus: non
maledicit unq̄: qui ipectabit a deo benedictionem. Hinc iurabit
ne deum ludibrio habeat: sed ne iurabit quidem: ne quando uel
necessitate: uel consuetudine in periurium cadat. Nihil subdole:
nihil dissimulāter loquatur: neq; abnegabit quod sponderat:
neq; p̄mittet: quod facere non posset: non inuidebit cuiq; qui de
suo contentus: nec detrabet: aut male alteri uolet: in quē forsitā
beneficia dei proniora sunt: non furabitur: nec omnino quicq; cō-
cupiscet alienum: non dabit in usura pecuniam. Hoc est enim de
alienis malis lucra captare: nec tamen negabit: si quem necessitas
cogit mutuari. Nō erit asper in filium: nec in seruum meminerit:
q̄ ipse patrem habeat: ac dominum. Ita cum his aget: quē admo-
dum secum agi uellet. Munera superabundantia non recipiet a te-
nuioribus: nec enim iustum est augeri patrimonia locupletum p-

+

damna miserorum. Vetus præceptum est non occidere: quod sic accipi debet: non tanquam iubeamur ab homicidio tantum: quod etiam legibus publicis uindictetur manus abstinere: nec iussione interposita: nec uerbo licebit periculum inferre: nec infantem necare: aut exponere: nec seipsum uoluntaria morte damnare. Item non adulterare: sed hoc præcepto non solum corrumpere alienum matrimonium prohibetur: quod etiam communi gentium iure damnatur: uerum etiam prostitutis corporibus abstinere. Supra leges lex. n. dei est: ea quoque quæ pro licitis habentur uetat: ut iusticiam consummet. Eiusdem legis est falsum testimonium non dicere: quod & ipsum latius patet: si falsum testimonium mendacio nocet ei: contra quem dicitur: & fallit eum: apud quem dicitur. Nunquam igitur metiendum est: quia mendacium semper aut fallit: aut nocet. Non est uir iustus: qui non sine noxa uicioso sermone mentitur. Hic uero nec adulari licet: pernicio factum est enim ac deceptrix adulatio: sed ubique custodiat ueritatem: quæ licet ad præsens sit in suauis: tamen quum fructus eius atque utilitas apparuerit: non odium pariet (ut ait poeta) sed gratiam.

Ixi de his quæ uentantur: dicam nunc breuiter quæ iubentur.

Innocentia proxima est misericordie. Illa enim malum non facit: et hæc bonum operatur. Illa inchoat iusticiam: hæc complet. Nam quum imbecillior sit hominum natura: quam ceterarum animalium: quas deus & instructas ad inferendam: & munitas ad uim repellendam figurat: affectu nobis misericordie dedit: ut omne præsidium uitæ nostræ in mutuis auxiliis poneremus. Si enim facti ab uno deo: & orti ab uno homine consanguinitatis iure sociamur. Omnem igitur hominem diligere debemus. Itaque non tantum inferre iniuriam non oportet: sed ne illatam quidem uindicare: ut sit in nobis perfecta innocentia. Ideo iubet nos deus etiam pro inimicis precem facere semper. Ergo animal commune atque cõfors esse debemus: ut nos inuicem præstandis recipiendisque auxiliis muniamus. In multis enim casibus & incommodis fragilitas nostra subiecta est. Speres tibi accidere: quod alteri accidit. Ita demum excitaberis ad opem ferendam: si sumptis eius animum: qui opem tamen in malis constitutus implorat. Si quis uictu indiget: impartiamur. Si quis a potentiori iniuriam sustinet: eruamus. Pateat domicilium nostrum: uel peregrinis: uel indigentibus tecto. Pupillis defensio: uiduis tutela nostra non desit. Redimere ab

hoste captiuos magnū numine opus est. Aegros pauperes visita-
re: atq; fouere inopes: aut pauperes (si obierit) nō patiamur ī sepul-
tos iacere. Hęc sint opera: hęc officia misericordię: q̄ si q̄s p̄cece-
rit: ueꝝ et acceptū sacrificiū deo īmolabit. Hęc letabilior uictima
ē apud deū: q̄ nō pecudū sāguine: s; hoīs pietate placat: quē deū
(q̄ iust⁹ ē) suā & ip̄m lege sua & cōditiōe p̄seq̄: misereť ei: quem
uiderit misericordē. Inexorabilis ē ei: quē peccātib⁹ cernit īmitē.
Ergo ut hęc oīa: q̄ deo placēt: facē possim⁹: cōtēnenda ē pecunia:
& ad cęlestes tñsferēda thesauros: ubi fur nō effodiat: nec rubigo
cōsumet: nec tyrān⁹ eripiat. Sed nobis ad ęternā opulentiam deo
custode seruetur.

Ides quoq; magna iusticię pars ē: q̄ maxie a nobis: q̄ nomē
fidei gerim⁹ cōseruāda ē p̄cipue ī religionē: q̄ de⁹ p̄or ē &
potētior q̄ hō. Et si est gloriosus p̄ amicis: p̄ parētibus: p̄ liberis
.i. p̄ homine suscipere mortē: & q̄ h̄ fecerit: diuturnā memoriaꝝ
laudēq; cōsequit̄: q̄to magis p̄ deo: q̄ potest ęternā uitā pro tem-
porali morte p̄stare! Itaq; quū īciderit eiusmodi necessitas: ut di-
scedē a deo: atq; ad rit⁹ gētiū tñsire cogamur: null⁹ nos met⁹: nul-
lus terror īflectat: quomin⁹ tradit amico: bis fidē custodiam⁹. De
us sit añ oculos: sit ī corde: cui⁹ īterno auxilio dolor uisceꝝ: et ad-
hibita corpori tormēta supēnt. Nihil tūc aliqd q̄ uitę īmortal' p̄-
mia cogitem⁹. Ita facile & dissipādi: aut utēdi art⁹ fuerit: tolera-
bim⁹ q̄ ī nos tyrānicę dñatiōis amētia moliet. Postremo ipsam
mortē nō iūiti aut timidi: s; libēt & interriti sbire nitamur: ut sci-
am⁹ q̄li apud deū gloria sum⁹ futuri: triūphato sęculo ad p̄mis-
sa ueniētes. Quib⁹ bonis quāta beatitudine breuia hęc poenarum
mala & hui⁹ uitę dāna p̄sem⁹. Q; si facultas hui⁹ glorię deerit:
habebit fides etiā ī pace mercedē. Teneat ḡ in oīb⁹ uitę officiis: te-
neat ī matrimonio. Nō n. satis ē: si aut alieno toro: aut lupanari
abstineas. Qui h; cōiugē: nihil q̄rat extrīiecus: s; cōtēt⁹ ea sola ca-
stiget. Inuiolati cubilis sacramēta custodiat. Adulť enī deo & p̄-
īcestus: q̄ abięcto iugo uel in liberā: uel seruā peregrina uoluptate
luxuriat. S; sic foemina castitate uicul' obligata ē: & ne aliud cōcu-
piscat: ita uir eadē lege teneat: quo de⁹ ex uiro uxorē uni⁹ corpo-
ris cōpage solidauit. Iō p̄cepit nō dimitti uxorē: nisi crimie adul-
terii deuictā: et nūq; cōiugal' foederis uiculū: nisi ruperit resoluat
Illa q̄q; ad cōsumādā pudicitia iūgit: ut n̄ mō peccatū absit: ueꝝ

etiam cogitatio. Pollui enim mētem: quāuis inani cupiditate manifestum est. Itaq; iustū hominem: qui scit se nec facere oportere: nec uelle. Purganda est igitur conscientia: quam deus peruidet: q falli non potest. Euacuetur omni labe pectus: ut templum dei esse possit: quod non auri: nec eboris nitor: sed fidei & castitatis fulgor illustrat. Sed enim hęc omnia difficilia sunt homini: nec patitur conditio fragilitatis naturę quęq; siñ macula. Vltimū ergo remediū illud est: ut confugiamus ad poenitentiā: quę non minimum locum inter uirtutes habet: quia sui correptio est: ut quum forte aut re aut uerbo lapsi fuerimus: statim relipiscamus: ac nos deliquisse fateamur: oremusq; a deo ueniam: quam pro sua misericordia non negabit: nisi perleuerabimus in errore. Magnum ē poenitentię auxilium: magnum solatium. Illa est uulnerum peccatorumq; sanatio: illa spes: illa portus salutis: quam qui tollit: uiam uitę sibi amputat: quia nemo esse tam iustus potest: ut nunq; sit ei poenitentia necessaria. Nos uero & si nullum sit peccatum: confiteri non debemus: & pro debitis nostris idēdem deprecari: gratias agere etiam in malis: hoc enim semper obsequium domino deferamus.

V militas enī chara & amabilis deo ē: q cū magis suscipiat peccatorē cōfiteētē: quē ī regnis cęlestib⁹ faciet p humilitate sblimari. Hęc sūt: q debet cultor dei exhibē. Hęc sunt uictimę: h sacrificiū; placabile. Hic uer⁹ ē cultus: quū hō mētis suę pignora ī arā dei cōfert: sūma illa maiestas h cultore letat. Hunc ut filiū suscipit sibi: q domū īmortalitatis īpartit: de q nūc mihi differendū ē: & arguēda ē p̄suasio eoz: q extigui animos cū corporibus putauerunt: q nec dū sciebāt: nec arcanum mūdi perspicere poterant: ne hominis qdem animę: q rōnem cōprehenderint. Quō enī possent sapiētiā puidere: q scientiā nullo mō habent! Negantes ergo nullam puidētiā utiq; deū: q fons & caput eorum est: negauerunt: sequebatur: ut ea quę sunt: aut semp fuisse dicerent: aut tua spōte eē nata: aut minorū seminū cōglobatōe cōcreta semp fuisse dici pōt: q testes ui subiacent: quia ipm enī esse sine aliquo initio nō pōt sua sponte: aut in his nasci pōt: quia nulla ē sine rōe natura. Semina enī pncipalia quō esse potuerūt: quum & semina exordiis oriant: & uicissim res ex feminib⁹! Nullū igit semen ē: quod originē nō habet. Sic factū ē: ut quū putarēt mundū nulla

providētia factū
Q. si nulla eēt in
eē posse. Alii uer
ctum: hō homin
quam ea senserūt
nec causas nec rō
sūmā: itaq; u
quiritatē perp
uitus: deo an
cōq; imēsi op
stima uel de
et q̄ bona sūt
Pōr ergo ex
doras: h. Pa
Quo illi r
eruperūt q
bant. Si m
fecit: p̄p̄m
dū. Finē
semp fuisse
fuit: q̄ p̄
hō: nō sūt
deus oia
de & b
apparet
nam enī
p̄p̄t ali
ut iolcip
uis uider
unt: nō ut
& mūdū
hominū
q̄q; mūd
illis hōib
aias: dē
īmortal
ūq; sūt

prouidētia factū: ne hominē qdē putarent aliqua rōne generari.
Q, si nulla eēt in fingēdo homine rō uersata: immortalē igit̃ aīam
eē posse. Alii uero ex aduerso & deū esse unū: & ab eo mūdū fa-
ctum: & hominē eū factū: & aīas eē immortales existimauere. Sed
quum ea senserūt huiusmodi: nō tanti diuini operis atq; consilii
nec causas nec rōes nec exitus p̃spexerūt: ut oē ueritatis arcanū cō-
sūmarēt: atq; ueluti sine cōcluderēt. Sed q̃ illi facere nō potuerūt
q̃ ueritatē perpetuo nō tenebāt: nobis faciendum est: q̃ eā cogno-
uimus: deo annunciante. Cōsiderem⁹ igit̃ q̃ rō fuerit huius tanti
tanq̃ imensi operis fabricādi. Fecit deus mūdū: sicut Plato exi-
stimauit: sed cur fecit nō ostēdit: q̃ bon⁹ inq̃t: & uident nulli fe-
cit q̃ bona sūt. At quū uidem⁹ in reꝝ natura & bona eē & mala.
Pōt ergo existere p̃uersus aliq; qualis fuerit Atheus ille & Theo-
dorus: & Platoni respōdere: imo q̃ malus ē: fecit quē mala sunt.
Quo illū redarguet: si quē bona sunt defecit! Vnde igit̃ in mala
eruperūt: quē plerūq; etiā bonis p̃ualent: in materia inquit cōtine-
bant. Si mala: igit̃ & mala ut aut nihil fecerit de⁹: aut si bona tātū
fecit: eterniora sunt mala: q̃ facta nō sūt: q̃ bona: q̃ habuerūt exor-
diū. Finē igit̃ habebūt quē aliq̃n coeperunt: & permanebūt quē
semp fuerūt. Mala igit̃ potiora sunt. Si aut̃ potiora esse non pos-
sunt: ne eterniora qdē possunt. Ergo aut utraq; semp fuerūt: aut
deus ociosus: aut utraq; ex uno fōte fluxerūt. Est enī cōueniēs: ut
deus oīa fecerit poti⁹: q̃ nihil ergo secūdū snīam Platonis: ideo
de⁹ & bonus ē: q̃ bona fecit: & malus: q̃ mala. Q, si fieri nō pōt
apparet nō iō factū esse a deo mūdū: quia mūdus bon⁹ est: quo-
niam enī cōplexus & bona & mala: nec fecit p̃pter se quicquā: sed
p̃pter aliud. Domus enī ēdificat̃ nō ad hoc solū: ut sit domus: s;̃
ut suscipiat & tueat̃ habitantē. Itē nauis fabricat̃ non ad hoc ut na-
uis uideat̃: sed ut in ea possint homines nauigare. Vasa autem fi-
unt: nō ut uasa sint solū: sed ut capiant q̃ sunt usui necessaria. Sic
& mūdū deus ad usū aliquem fecerit necesse est. Stoici aut̃ causa
hominū factū eē: & recte. Homines enī ferunt̃ his omnib⁹ bonis
quē mūdus in se continet: sed ipsi hoīes cur facti sunt: aut qd̃ in
illis habeat illa fabricatrix p̃uidētia nō explicat. Immortales eē
aīas: idē Plato affirmat: sed cur aut q̃n: aut quomodo: aut p̃ quē
immortalitatem assequantur: aut quid nō tantū illud mysteriū cur
ii: q̃ sūt immortales futuri: p̃us mortales nascant̃. Deinde decurso

temporis uite spatio: atq; abiectis fragilium corporum exuuiis
ad eternam illam beatitudinem transferantur: non comprehendit
deniq; nec iudicium dei: nec discrimen iusti & iniusti explicauit:
sed animas q̄ se sceleribus immerferint: haftenus cōdemnare pu
tauit: ut in pecudibus renascantur: & ita peccatorum suorum luē
poenas: donec rursus ad figuras hominū reuertātur. Et hoc fieri
semper nec circa finem tranimeandi ludum mihi nescio quem in
ducit somnio similem: cui nec ratio ulla: nec dei gubernatio: nec
consilium aliquod inesse uidetur.

Illam nunc quę sit illa sententia: quam nec ii quidem: qui ue
ra dixerunt: collatis in unum caulis atq; factionibus conne
ctere potuerunt. Factus a deo mundus: ut homines nascerentur.
Nascuntur autem homines: ut deum parentem agnoscant: ut co
lant in quo iusticia est. Colunt ut mercedem immortalitatis acci
pian. Accipiunt immortalitatem: ut eternum deo seruiant. Vi
des ne quęadmodum sibi connexa sint: & prima cum mediis: &
media cum extremis! Inspiciantur singula: & uideamus utrum ne
illis ratio quoque subsistat. Fecit ergo deus mūdum propter ho
minem. Hoc qui non uidet nō multum distat a pecude. Quis cę
lum suscipit: nisi homo! quis solem! quis astra! quis opera dei mi
ratur nisi homo! quis colit terram! quis ex ea fructum capit! quis
nauigat mare! quis pisces! quis uolatilia! quis quadrupedes habet
in potestate nisi homo! Cuncta igitur propter hominem deus fe
cit: quia usui hominum cuncta cessere. Recto ergo uiderunt phi
losophi: sed illud quod sequitur non uiderunt: q̄ ipsum homi
nem propter se fecerit. Erat enim consequens & necessarium: &
pium: & quum hominis circa tantam operam molitus sit: quum
tantum illi honoris: tantum illi potestatis: ut dominetur mūdo:
& homo agnosceret: dñm tantorum bñficiorum auctore; fecit:
et mūdū propter ipsum: & ei cultū et honorem debitū redderet
Hęc Plato aberrauit: hic perdidit q̄ primum arripuerit ueritate;
quum de cultu eius dei: quem conditorem reꝝ ac parētē fatebat:
obticuit: nec intellexit hominē deo potestatis uinculis eē religatū
unde ipsa religio notat. Et hoc est solū: ppter qd̄ immortales aīę
fiant. Sensit tamen eternas eē: sed nō p̄ gradus ad eam sententiam
descendit. Amputatis enī mediis incidit toti⁹ i ueritatē: quasi p̄
abruptum aliqd̄ precipitium: nec ulterioꝝ progressus ē: quoniam

casu ad eam: non ratione puenerat. Colendus est igitur deus: ut per religionem que eadem iusticia est: accipiat homo a deo immortalitatem: nec est ullum aliud premium pie metis: quam si est inuisibilis: non potest ab inuisibili deo: nisi inuisibili mercede donari. Plurimis uero argumentis colligi potest eternas esse animas. Plato ait quod per se ipsum semper mouetur: neque principium motus: neque finem non habere. Animum autem hominis per se semper moueri: quia sit ad cogitandum mobilis: ad inueniendum solers: ad percipiendum facilis: ad discendum capax: & qui preterita teneat: presentia comprehendat: futura prospiciat: multarumque rerum & artium scientiam complectatur. Immortale esse siquidem nihil habeat in se de terreni ponderis labe concretum. Preterea ex uirtute: aut uoluptate intelligitur eternitas anime: uoluptas omnis corporis animalibus. Virtus soli est hominis. Illa uiciofa est: hec honesta. Illa secundum naturam: hec aduersa nature. Nisi anima immortalis est: uirtus enim pro iusticia: nec egestatem timet: nec exilium metuit: nec carcerem perhorrescit: nec dolorem reformidat: nec mortem recusat. Que quia natura contraria sunt: aut stulticia est uirtus: si & comoda impedit & uitae nocet. Aut si stulticia non est: ergo anima immortalis est: & ideo presentia bona continent: alia: quia sunt alia potiora: quam post dissolutionem sui corporis assequatur. Illud autem maximum argumentum immortalitatis: quo deum solus homo agnoscit. In mutis nulla suspitio religionis: que terrena prospiciunt. Homo ideo rectus celum aspicit: ut deum querat. An potest ergo esse mortalis qui immortalis desiderat? Non potest esse solubilis: qui cum deo & uultu & mente communis est. Deique celesti elemento: quod est ignis: homo solus utitur. Si enim lux per ignem: uita per lucem: apparet eum qui usum ignis habet: non esse mortalem: quoniam id illi proximum: id familiare est: sine quo non potest nec lux: nec uita constare. Sed quod argumentis colligimus eternas esse animas: quum habemus testimonia diuina: Id enim sacre littere: ac uoces prophetarum docent. Quod si cui parum uideatur: legat carmina sybillarum. Apollinis quoque Milesii responsa consideret: ut intelligat delirasse Democritum et Epicurum et Dicearcum: qui soli omnium mortaliu: quod est euidens negauerunt. Confirmata immortalitate superest dicere a quo ei tribuatur: quum cetera et constituta diuinitate tempora compleri coeperint: iteritum & confirmationem rerum fieri necesse est: ut innouetur a deo mundus. Id uero tempore in proximo est: quantum de numero annorum: deque signis: que per

dicta sūt a philosophis colligi pōt. S; quum sint innumerabilia q̄
de fine seculi & cōsumatiōe tempoꝝ dicta sūt: ea ip̄a q̄ dicuntur
nuda ponēda sunt: qm̄ (ut testimoniis utamur) īmensū est: si qs
illa desiderat: aut nobis minus credit: adeat ad sacrariū cęlestiū
litteraz: quaz fide instructior errasse philosophos sentiat: q̄ aut
ęternū esse hunc mundū: aut infinita eē annoꝝ millia putauerūt.
ex quo fuerit instructus. Nondum enī sex millia cōpleta sūt: quo
numero cōsumato: tū demū malū omne tollet: ut regnet sola iu
sticia: quod quatenus euenturum sit: paucis explicabo.

Aec aut̄ pbatis sed a uatib⁹ futura dicunt: quū cęperit mū
do finis ultim⁹ pp̄iquāte malicia iualecet: oīa uiciorum &
fraudū genera crebrefcēt. Iusticia iteribit: fides: pax: mīa: pudor:
ueritas nō erit. Vis & audacia p̄ualebit. Nemo qcq̄ h; : nisi male
partū: manuq; defesū. Si q̄ erūt boni: p̄de ac dilubrio habebunf.
Nemo pietatē parentibus exhibebit. Nemo infantis aut senis mi
serebit: auaritia: libido: uniuersa corrūpent. Erūt cędes & sāgui
nis effusiones. Erūt bella nō mō externa & finitima: ueꝝ etiā inte
stina. Ciuitates iter se belligerabūt. Oīs sexus & oīs ętas arma tra
ctabūt. Nō īperū dignitas cōseruabit. Nō milicię disciplina: sed
more latrocinii dep̄datio & uastatio fiet. Regnū multiplicabit
& decem uiri occupabūt orbē: & patiet: & uorabūt: & existet lō
ge potētior ac negor. Qui trib⁹ deletis Asiā possidebit: cęteris ī
ptate sua redactis: et asciscis: uorabit oēm terrā: leges nouas statu
et: ueteres abrogabit. Rempubli. suā faciet: nomē īperii sedemq;
mutabit. Tūc erit t̄pus īfandū & execrabile: q̄ nemini libeat uiuē.
Deniq; in eū statū res cadet: ut oēs uiuos lamētatio: mortuos gra
tulatio sequat. Ciuitates & oppida iteribūt mō ferro et igni: mō
terremotib⁹ crebris: mō aquaz iundatiōe: mō pestilētia & fame.
Terra nihil feret aut rigorib⁹ nimis: aut caloribus sterilis. Aqua
oīs partim mutabit in cruorē. partim in amaritudine uiciabit: ut
nihil sit nec ad cibos utile: nec ad potū salubre. His malis accidēt
p̄digia hominib⁹ ad timorē. Cometę crebro apparebūt. Sol per
petuo squalore fuscabit. Lunā color sāguis obūbrabit: nec amif
se lucis dāna reparabit. Stellę oēs decidēt: nec tēporib⁹ sua rō cō
stabit: hyeme ac ęstate cōfusis. Tūc & ānus & mensis & dies bre
uiabit: & hāc eē mūdi senectutē & defectiōnē Trismegystus elo
cutus est: quę quum uenerit adesse tempus sciēdū ē: quo deus ad

commutandum seculum reuertatur. Inter autem hec mala surget
 rex impius non modo generi hominum: sed etiam deo inimic⁹.
 Hic reliquias illius prioris tyranni conteret: cruciabit: uexabit: in
 terimet. Tunc etiam lachrymę: lugēs: & gemitus prepotēs: & ad
 eum cassę preces: nulla requies ad formidinem: & somnus ad quę
 tem. Dies cladem: nox metus augebit semper. Sic orbis terrarum
 pene ad solitudinem hominum redigetur. Tunc impius iustos
 homines: ac diuites deo duobus & quadraginta mensibus perse
 quetur: & se coli iubebit ut deus. Se enim dicet esse deum: quę sit
 anticristus: qui ut erit aduersarius: & ut ei possit accipiet pote
 statę mirabilia faciendi: ut ignis descendat de celo: ut sol resistat
 a cursu: ut imago quam posuerit loquatur. Quibus prodigiis al
 liciet multos: ut adorent eum: signumq; eius in manu aut fronte
 suscipiant. Et qui nõ adorauerit signumq; susceperit: exquisitis
 cruciatibus morietur. Ita fere duas partes exterminabit. Tertia in
 desertas solitudines fugiet. Sed ille uetere uia implicabili furens
 adducet exercitum: & obsidebit montem: quo iusti cõfugerint.
 Qui quum se uiderint circũfossos: implorabunt auxilium dei
 uoce magna: & exaudiet eos deus: & mittet eis liberatorem. Tũc
 celum in tempesta nocte patefiet: & descendet Christus in uirtu
 te magna: & antecedit eum claritas ignea: & uirtus inestimabilis
 angelorum: & extinguetur omnis illa multitudo impiorum: &
 torrentes sanguinis current: & ipse ductor effugiet: atq; exercitu
 sepe reparato quarum prelium faciet: quo captus cum ceteris ty
 rannis tradetur exustioni. Sed & ipse demonum princeps auctor
 & machinator malorum cathenis igneis alligatus custodię dabi
 tur: ut pacem mundus accipiat: ut uexata seculis terra requiescat.
 Pace igit parta: cõpressoq; oĩ malo: rex ille iust⁹ et victor iudiciũ
 magnũ de uiuis & mortuis faciet sup terrã: & uiuentibus qdem
 iustis tradet in seruitutę gētes uniuerſas. Mortuos aut ad eternã
 uitam suscitabit: & i terra cũ his ipse regnabit: & cõdet sanctã ci
 uitatę. Et erit regnũ iustoy mille añis. Per idẽ tps stellę candidio
 res erũt: & claritas solis augebit: & luna nõ patiet diminutiõem.
 Tũc descēdet a deo pluuia bñdictionis matutina & uespertina:
 & oẽm frugę tra siñ labore hominũ pcreabit. Stillabũt mella de
 rupib⁹: lactis et uini fõtes exuberabũt. Bestię depõsita feritate mã
 fuescēt. Lupus iter pecudes errabit innox⁹. Vitul⁹ cũ leone paicet

*Iste liber, no Pertinet ad locū Annunciate firmi Sed ad meri
Pertinet ad locū I Pertinet usū*

Columba cum accipitre congregabit. Serpens uirus non habebit
Nullum animal uiuet ex sanguine. Omnibus enī deus copiosus
atq; innocentem uictum dabit. Peractis uero mille annis: ac reso-
luto demōnū pncipe: rebellabit gentes aduersus iustos: & ueniet
innumerabilis multitudo ad expugnādā delēdamq; sanctorum
gentē. Cōcutiet enī a fūdamētis suis terrā: & corruēt ciuitates: &
pluet sup ipios ignē cū sulfure & grādine: & ardebūt: & se iuicē
trucidabūt. Iusti uero pauli per sē terra latebūt: donec perditio
fiat gētū: & exhibūt post diē tertiū: & uidebūt campos cadaueri-
bus opertos. Tūc fiet terremot⁹: & scīdēt se mōtes: & sīdēt in
altitudine uallis p̄fundę: & cōgerent in ea corpora mortuorū: &
uocabūt nomē ei⁹ polyandꝝ. Post hęc renouabit mundū: & trā-
formabit iustos in figurā angeloꝝ: ut īmortalitatis ueste donati
seruiāt deo in sempiternū. Tūc enī īpii resurgēt nō ad uitā: s; ad
poenā: eisq; secūda resurrectio facta deū excitabit: ut ad ppetua
tormēta damnet: eternis ignibus traditi merita p sceleribus suis
soluāt. Hęc oīa uera: omniū cōsona administratōe p̄dicta: quom
eadē Trismegystus: eadē Idalpes: eadē Sibyllę cōcinerūt: dubita-
ri nō pōt. Curę spes oēs uite: ac salutis in sola religiōe dei sit posi-
ta. Itaq; nisi hō susceperit: quē deus ad liberationē misit: q̄ mis-
sus ē: nūi sūmū deū p eū cognouerit mādata ei⁹: legēq; seruaue-
rit: in eas scīdet poenas: de qb⁹ locuti sum⁹. Proinde fragilia con-
temnenda sunt: ut solida cōsequamur. Spēnēda terrēna: ut cele-
stib⁹ honoremur. Tēporalia fugiēda: ut ad eterna ueniam⁹. Eru-
diat se quisq; ad iusticiā: firmet ad cōtinētiā: p̄paret ad agonē:
instruat ad uirtutē: ut si forte aduersarius indixerit bellum: nul-
la ui: nullo terrore: nullis cruciatibus a recto & bono diuellatur.
Non se substernat insensibilibus figmentis: sed uerum & solum
deum rectus cognoscat. Abiciat uoluptates: quarum illecebris
anima sublimis deprimitur ad terram. Teneat innocentiam. Pro-
fit quamplurimis. Incorruptibiles sibi thesauros bonis operib⁹
acquirat: ut possit deo iudice pro uirtutis suę meritis uel coronā
fidei uel p̄mium immortalitatis adipisci. τερωσ

Lactantii Firmiani in Ephythomon tractatus finit.

Madri Antoni de Gire



